

ANNO 1751. valescere nonnullas Societates, Cetus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula...

Verum, cum ea sit sceleris natura, ut se ipsum prodatur, et clamorem edat sui indicem; hinc Societates, seu Conventicula predicta vehementer adeo...

Nos itaque animo volentes gravissima damna, que ut plurimum ex hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis, veluti fures, domum perfodiant, atque instar...

Quocirca omnibus, et singulis Christianissimis cuiuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, et preeminentie, seu Latetis, seu Clericis, tam Sacerdotibus, quam Regularibus, etiam specificis, et individuis...

Voluimus insuper, et mandamus, ut tam Episcopi, et Prelati Superiores, alique Locorum Ordinarii, quam Heretice pravitatis ubique locorum deputati...

enim, et eorum cultus, contra eosdem transgressores procedendi, et inquirendi, ac condignis poenis coercendi, et puniendi, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, liberam facultatem tribuimus, et imperimus.

Voluimus autem, quoad eorumdem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in dignitate Ecclesiasticae...

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCXXXIII. II. Kalendas Maji, Pontificatus Nostrae Anno Octavo.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Nos, licet huicque, dum pluribus Christianissimis de violatis ejusdem Constitutionis Legibus veris poenitentibus, atque dolentibus, seque a damnatis hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis omnino recessuros, et nunquam in posterum ad illas de illa radiuros...

Denique idem Praedecessor in praeserta Constitutione Episcopos, et Superiores Praelatos, aliosque Locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executione, et operis firmitate, brachii secularis auxilium invocare non praetermittant.

Ne tamen aliquid per Nos improvide praetermissum dici valeret, quo facile possent mendacibus calumniis fomentum adicere, atque eos obstruere, audito prius nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio...

Causa dicitur mandata, et prohibendi hujusmodi Societates enumerat et approbat.

Nulla astrictio cessationis censuram in praesertis litteris latuit.

Concilium datum Pontifici ejusdem litteris confirmandi.

Trescenta signamenta a Pontificem edita pro subsistentia eorumdem Constitutionum.

Invocatio auxilii brachii secularis Ecclesiasticis Superioribus in prioribus litteris demanda.

Pontifex ipse Praesertim Principum et Saecularium Potestatum opem invocare, et acquirere.

Nihilominus praefertis litteris in forma specifica constitutum per Praesertim.

Eisdem Transumptis habenda.

Sanctio.

ANNO 1751. num edita fuisset, confirmamus, roboramus, et innovamus, ac perpetuam vim, et efficaciam habere volumus, et decernimus.

§. 7. Porro inter gravissimas praefatae prohibitionis, et damnationis causas in praeserta Constitutione enunciatae, una est, quod in hujusmodi Societatibus, et Conventiculis, cuiuscumque Religiosis, et Saecularibus...

§. 8. Denique idem Praedecessor in praeserta Constitutione Episcopos, et Superiores Praelatos, aliosque Locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executione, et operis firmitate, brachii secularis auxilium invocare non praetermittant.

§. 9. Quae omnia, et singularia non solum a Nobis approbantur, et confirmantur, eisdemque Ecclesiasticis Superioribus respective commendantur, et iunguntur, verum etiam Nos ipsi, pro Apollice sollicitudinis officio, praesentibus Nostris Litteris, Catholicorum Principum, omniumque Saecularium Potestatum opem, auxiliumque ad praeforum effectum invocamus, et enixio studio requirimus...

§. 10. Voluimus autem, ut eorumdem presentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in dignitate Ecclesiasticae constituta munitis, eadem fides proferatur, quae ipsis Originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitae, vel offensa.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire.

ANNO 1751. ginam nostrae confirmationis, innovationis, approbationis, commissionis, invocationis, requisitionis, decreti, et Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCCLI. XV. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostrae Anno Undecimo.

D. Card. Passioneus. J. Batarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eugenius. Registrata in Secretaria Brevium.

Publica die 28. ejusdem Mensis, et Anni.

DE TOLLENDIS ABUSIBUS XLVIII.

Ab Oratoris privati, quae sunt in domibus Laicorum

Epistola Encyclica ad Primatum, Archiepiscopos, et Episcopos Regni Poloniae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam Benedictionem.

MAGNO cum animi Nostrae dolore a Nobis intellectum est, nonnullas in Diocesis vestris introvertens ac molesta diffidit, propter Oratoria privata, insurrexissent; quibus praecedendis cum omnibus per vos curata ac diligenter adhibita fuerit, non modo optato fine frustrati sitis, sed et in aliorum offensionem incurritis, vobisque eam acquisiveritis reprehensionem et notitiam, quae nimirum rigore adhibendo modum excedat; optari proinde a vobis, ut per hanc Sanctam Sedem...

§. 1. Nihil sane expositum Nobis est, quod ad privata in ea per.

ANNO 1751. Episcopo rum & aliorum extra extra jam quae a pri- ribus Eccl- siae faculi

ea pertineat Sacella, quae in Episcopalis Palatis ve- stis habetis, pro Missa, vel per vos, vel per alios celebranda, aliae quae sacra Functio, quae offi- cii ac dignitatis vestrae propriae sit, obunda; de qui- bus late differere Nobis per facile esset, nisi hoc a pro- posto nostro alienum foret. Quare duo tantummodo veritas Sacellorum exempla indicabimus, quae Epi- scopi in proprio Episcopio a publicis Ecclesiis distincta, ac separata habebant, in quibus Sanctum Missae Sa- crificium celebrabant. Horum primum Sacellum est S. Cassii Episcopi Narniensis, de quo S. Gregorius in Homilia 37. super Evangelia narrat, quod licet gra- vi morbo opprimere, in Oratorio Episcopi sui Mis- sae fecit, tam ut propriae, quam ut eorum, qui il- lum visitatum adveniebant, devotioni satisfaceret. Alterum exemplum est S. Iohannis Elemosynarii Episcopi Alexandri, qui sicut in Actis ipsius a Leontio scriptis dependitur, illos coarguens, qui Missa in eodem peracta, discedebant, quam ipse ad eandem celebrandam in publicam Ecclesiam se con- ferrebat, dicitur in more habere: Ego propter vos de- scendo in Sanctam Ecclesiam, nam poteram mihi meti fa- cere Missam in Episcopio. Prædictum exemplum legere est apud Thomassinum de veteri, ac nova Ecclesie di- sciplina part. 1. lib. 2. cap. 93. num. 6. Aliæ exem- pla in Opere de Oratoriis privatis inscripto cap. 6. col- lecta reperiuntur (quod opus novissime a Johanne Ba- ptista Gattico Canonico Lateranensi Romae in lucem editum est) per quæ Episcoporum ius circa Sacella in propriis Episcopio Palatis habenda validis fundamen- tis innixum comprobatur.

Concilium Tridentinum de aliis Oratoriis privatis de- cretis, obli- scatis de- cretis Episcopi

§. 2. Huic quidem juri Sacrum Tridentinum Con- cilium nulla ratione derogavit, quippe quod tantum- modo sess. 22. de observandis, & evitandis in celebra- tione Missae, propter multa quae parum decenter fieri identidem contingebant, Episcopos præcepit, ne Secu- laribus, ac Regularibus Missam celebrare permitterent prout in Domibus, & extra Ecclesias, aut Oratoria publica, quae Divino cultui destinata essent; quod nullam cum Cappellis, quae in Episcopalis Palatis sunt, rationem habet, quum hæc sub privatarum domorum nomine nunquam censeri possint. Id pluries a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini In- terpretum, in aliquot ejusdem Resolutionibus, validis rationibus innoxia, declaratum est, quas Nos in no- stro de Sacrificio Missae Tractatu recitavimus sess. 2. §. 45. et seq. Latinae Edit. Patav. Nos enim, imo etiam eam in minoribus constituti, opus aliquod inscribere, illud præcipue Nobis gloriosum du- ximus, ut nulla in parte a Romana Curia Tri- bunalium Sententia recederemus, quibus ut pluri- mum a Pontificis Oculis auctoritatis robor acced- dit.

Sed nihil oriam ha- runt de can- rum facul- tatis extra extra Episcopi

§. 3. Illud tantummodo de hujusmodi Episcoporum Privilegio dici poterat, quod, cum idem ad Sacella, quae in Episcopis sita sunt, restringeretur, nullo mo- do Episcopis favere poterat, tum cum idem extra pro- prias domos versarentur, cum Venerationem obirent, si- ve cum iter haberent; adeo ut, cum vel Missam cele- brare, vel eidem interesse vellent, ad publicas Ecclesias se conferre cogenter, vel a locorum Ordinariis vetiam petere, ut ubi liceret, vel Missam celebrari facere, vel ipsi eandem celebrare, in illa habitatione, in qua forte diversarentur.

Privilegium Altaris viaticum ubique erigendi Episcopi consilium a Bo- nificio VIII.

§. 4. Verum recor. mem. Prædecessor Noster Bo- nificius VIII. in Decretali sua: Quoniam E- piscopi, de Privilegiis, in Sexto, male hunc re- putans, Episcopos sine rationabili causa Missam quo- tidie non celebrare, aut eidem non interesse, eis- dem concessit, ut etiam extra propriam Diocesim Altari portatili, seu viatico uterentur: Præsen- ti Constitutione indulgemus iisdem, ut Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, aut sacro ce- leberrimè ubiqueque absque interdicti transgressione illis per- mittitur celebrare, vel audire Divina. Dignum animad- versionem verbum est, Ubi quidem, quod quidem procul dubio loca etiam, quæ extra Diocesim sita sunt, comprehendit.

Eo uti pos- sunt etiam sine licentia Ordinarii Locales, & post Concilii Tridentini, & Pauli V. decreta.

§. 5. Præcipuum etiam animadversionem dicte Congregationis Concilii Resolutiones merentur, cum ad Quesitum eadem propositum, num videli- cet Episcopus, qui extra propriam Diocesim est,

ad utendum Privilegio Altaris Viatici, petere ejus rei veniam ab Episcopo Locali teneatur; minime cum teneri respondit; alioqui frustratorum Bonificii VIII. Privilegium fuisset: quoniam illius Pontificis ætate antiquum Jus in suo vigore persistabat, cui, quemad- modum mox dicitur, a Concilio Tridentino postea derogatum fuit, secundum quod Episcopi facultatem concedebant Missam in privatis domibus celebrandi. Si- militer, cum eidem Congregationi alterum Quesitum propositum fuisset: num Privilegium per Bonificium VIII. Episcopis concessio, vel Tridentinum Concilium, vel Pontificis Pauli V. Decretum, de quo pariter mox dicitur, præjudicium ullum attulissent; nihil pariter Privilegio illi detractum fuisse respondit; cum tam in Concilio, quam in citato Decreto, sublatam quidem Episcopis facultas fuerit, qua illis licentiam in priva- tis domibus Missam celebrandi concedere possent, ve- rum nequaquam iuribus illis exoliati remanserint, quæ proprias personas respiciunt, quæque eorundem dignitatis, atque characteris propria sunt. Prædictæ Resolutiones a Nobis fuerunt in nostro Tractatu de Sacrificio Missae Latinae editionis Pataviae sess. 2. §. 42., nec non in Commentariis bon. mem. Car- dinalis Petra ad Constitutiones Apostolicas tom. 4. super Constitutione 2. Urbani V. num. 15. et seq. & a Gattico in recenti ejusdem Tractatu de Oratoriis do- mesticis in tit. de usu Altaris portatilis cap. 12. num. 1. & seq.

§. 6. Tam verum est, quam quod verissimum, nul- lam rem majus præjudicium Privilegii afferre, quam abusus eorundem; quod quidem satis superque pro- vero comprobatum fuit, etiam in casu hujus Privile- gii Altaris portatilis, quod concessum Episcopis est, & quod post Concilium Tridentinum, ac Paulinum Decretum illæsum remansit. Certis indicis competentur fuit, quosdam Episcopos eodem abuti, qui, vel intra, vel extra Diocesim, ad Laicorum se domos confer- rant, atque in iis, vel ipsi Missam celebrabant, vel, ut ibidem plures celebrarentur Missæ, faciebant, id- que nulla necessitate urgente, sed ad eum tantum finem, vel ut proprium Privilegium ostentarent, vel ut Laicorum petitioni satisfacerent. Cum hujusce in- convenientis notitia ad Concilium Congregationem por- tanisset, non prætermisit hujusmodi excessum prohi- bere, ejusdemque abusus corrigendi curam Archiepis- copis committere, si quando factum in locis eorum jurisdictioni subjectis contigisset. In Cædibus Aſto- rum, seu Regibus Congregationis prædictæ lib. 48. Decretorum fol. 471. Resolutiones ipsæ referuntur. Quia tamen nihilominus malum invalecebat, a felicis recordationis Prædecessore nostro Clemente Papa XI. die 15. Decembris 1703. sequens Decre- tum publicatum fuit, in quo postquam inconve- niens expositum fuit, nimirum: Episcopi etiam in aliena Diocesi extra Domum propriæ habitationis in privatis Laicorum Domibus erigi faciunt Alta- re, ibique per unum, aut per plures e suis Capel- lanis sacrificium Christi Hostiam immolans; ad reme- dium gradus sit: Ad abusus hujusmodi eliminandos etc. Sanctissimus Dominus Noster etc. expresse de- clarat, Episcopis, et his majoribus Prelatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, neque sub præ- textu Privilegii clausi in cortore Juris, neque alio quocumque titulo, ullo modo licere extra domum propriæ habitationis, in domibus Laicis, etiam in pro- pria Diocesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiam si Diocesanis consensu adhiberetur, erigere Altare, ibi- que Sacrificium Missae Sacrificium celebrare, seu cele- brare facere.

§. 7. Magni hujus Pontificis menti ille tantum- modo finis in hoc propositum fuit, ut abusus tolle- rentur, nunquam autem ut recto Privilegii uti- quidquam detraheretur; & quia relatæ verba prohi- bitiva, utpote nimis ampla, & effrenata, culpam præbere aniam poterant affirmandi, non licere Epi- scopis uti Privilegio Altaris portatilis, tum cum vel Diocesim visitant, vel iter faciunt, aut alia justa de causa extra residentiam sunt, atque in lai- corum domibus morantur; illato de hujusmodi re- fessione in Congregationibus, quæ sub Innocentio XIII. immèdiato Clementis ejusdem Successore, ha- bitæ fuerunt, quarum Nos tunc in minoribus existen- tes, a Secretis fuimus, opportunum factu judicatum est, ut

PONT. A. XI.

Non tamen extra do- mum pro- priae habi- tationis, sive in alia Diocesi.

Sed si in aliena domo revera mo- rantur, etiam hostias, & incensis cau- sa possunt.

ANNO 1751.

PONT. A. XI.

est, ut ea, quam mox subiicimus, Declaratio fieret, quæ postea inserta fuit in ejusdem Innocentii Literis incipientibus: Apostolici Ministerii, quas idem Pontifex pro constituendo in Hispaniarum Regno bono Eccl- esiaestice disciplinae regime condidit, quasque etiam ejusdem Successor Benedictus XIII. in forma specifica confirmavit, & ut in omnibus locis pro regula, ac nor- ma haberetur, in Appendice Concilii Romani a se ce- lebrati voluit insertas; ipsam vero declarationem inter ejusdem Concilii decreta retulit Tit. XV. Cap. III. in quo quidem Concilio Nos quoque ad Sacrorum Cano- num Interpretationem adhibiti fuimus. Declarationis verba Nos etiam hic libenter apponimus: Declaramus, quod, cum in prædicto Decreto, de Clementis XI. De- creto fermo est, statuat, non licere Episcopis extra domum propriæ habitationis, in domibus Laicis eri- gere Altare, ibique Sacrificium Missae Sacrificium celebrare, seu celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus, etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte, occasione Visitationis, vel itineris, hospitio excipiantur; ut nec etiam quan- do Episcopi in casibus a jure permittis, vel de speci- aliter Sedi Apostolicae licentia, absteres a domo pro- prie ordinariæ habitationis; moram inde faciant in aliena domo pro modum similis habitationis; his enim casibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum prædi- ctæ celebrationis, non sicut ac in domo propriæ ordinariæ habitationis.

Præmissum Regularium ius.

§. 8. Optimum factu judicavimus in Encyclica hac Epistola Nostra exponere Vobis hæc, quæ ad Fratritates vestras præcipue pertinent, nimirum quantum Vobis concessum est quoad Sacella, seu Capellas, quæ in Episcopalis Palatis vestris sunt; quantum item Vobis in alienis domibus, & extra vestram Diocesim facere permittimus, ut causas etiam Concessionum, ac Privilegiorum indicavimus, necnon eorundem abusus, atque abutium prohibitions apposimus; tum ut Vos discrimen agnoscatis, quod intercedit inter Capel- las Episcoporum adium vestram, per quæ non mi- nus spirituali consolationi, & commodo vestro, quam dignitatis vestre decori providetur, & privata O- ratoria in domibus Laicorum, sive intra, sive extra Diocesim vestram, in quibus aliquando Vo- bis, pro præcipuo fine hujusmodi commodi, & consolationis vestræ, Privilegio Altaris erigendi, ac celebrandi, vel celebrari faciendi, uti licet; tum vero etiam, ne forte, cum Vos contra abusus privatorum Oratoriorum in domibus Laicorum in- vigilare debeatis, relegationi illi obnoxii sitis, quod alienos in aliorum domo defectus dum corri- gitis, interim vestrae domi, atque in propria a- gendi ratione excessus adhibeatis. Ideoque ad priva- torum Oratoriorum propositum, quæ in Domibus Laicorum sunt, gradum facientes, aliqua præmitte- mus.

De Oratoriis privatis in domibus Laicorum in quibus extant monumenta tum pene sum posse- rioribus Ec- clesiarum Secu- lis.

§. 9. Primum quidem est, privatorum Oratorio- rum in dictis domibus usum ab antiquo tempore repetendum esse; cum conflet, Apostolos Sacra My- steria privatis in domibus celebrasse, eumque mo- rem persecutionum tempore servatum fuisse, quem- admodum Christianus Lupus in suis notis ad Ca- nones Trullanos apostate animadvertit. Alterum autem, privata Oratoria in domibus Laicorum, subsistentibus etiam sæculis fuisse, cum persecutio- nis jam cessasset; cum in Sacramentario Galicano, quod Mahillonius tom. 1. Musæi Italici impressum edidit, Collecta legatur, quæ recitanda erat in Missa, quæ celebratur in domo cujuscumque; nec ad hujusmodi quidem assumptum aliæ deficiunt proba- tiones, quas Nos in Tractatu nostro de Sacrificio Missae sess. 1. §. 10. cum cura colligere studuimus. Tertium porro est, de tollendis hujusmodi Orato- riis privatis in domibus Laicorum, seu potius fa- cultatis Missam in ipsis celebrandi, pluries cogi- tumum esse. Nihil de Justiniani Novella 58. dice- mus, in qua, ne in domesticis Oratoriis celebrare- tur, lege interdixit, tantummodo permittens, ut in eisdem oraretur; nihil præterea de Novellis 4. & 5. Leonis Sapientis, qui prohibitionem sustu- lit, afferens, adeo tunc privata Oratoria multipli- cata fuisse, in quibus Missa celebrarentur, ut non solum optimates, sed mediocres etiam conditionis hominem in suis domibus eadem haberent. Quod Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

vero spectat ad ea monumenta, quæ proxima tempori- bus nostris sunt, factis erit illa indicande, quæ in dicto Tractatu de Sacrificio Missae loco superioris citato a No- bis allata fuerunt.

§. 10. Quartum, quod licet fere semper in Lai- corum domibus privatorum Oratoriorum usus habitus & usum E- piscoporum licentia necessaria fuit; ad quam conce- dendam ipsi valde faciles plerumque erant: Missarum solemnium non ubique, sed in locis ab Episcopo consecra- tis, vel ubi ipse permiserit, celebranda censuimus. Ver- ba sunt Can. Missarum, de Consecrat. dist. 1. Hæc autem facilitas, propter quam interdu factum est, ut Oratoria domestica, licet frustra, prohiberentur, multo magis in usu fuit in Ecclesia Orientali, ob id potissimum, quod in Ecclesiis Græcorum non nisi uni- cum Altare erat, & postquam una super ipso Missa ce- lebrata esset, altera per eandem diem celebrari mini- me poterat. Balsamon in Commentariis ad Canones Trullanos testatur, quod sine ulla illa formula, impertita ab Episcopo censetur Sacerdoti licentia celebrandi Missam in privatis Laicorum Oratoriis, quoties super Mappis ab Episcopo consecratis cele- braretur.

§. 11. Postremum autem, quod dicimus, illud est, Quum, post varios sermones in Sacro Concilio Triden- tino hac de re habitos (quod Concilium, tam ma- gna cum Polonicæ Regni gloria, tanto plausu ac- ceptum fuit, opera Cardinalis Otii, & Nuntii Con- mendonii, in magno conventu habito coram Rege Sigismundo Augusto, quemadmodum in ipsius Con- cilii Historia per Cardinalem Pallavicinum conscripta lib. 24. cap. 13. videre est) in sess. 22. in Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missæ, se- quenti modo statutum, & ordinatum fuerit: Neve patiantur, de Episcopis sermo est, privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad Divinum tan- tum cultum dedicata Oratoria, ab ipsorum Ordinariis designanda, & visitanda, Sanctum hoc Sacrificium a Secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi, cum adjecta derogatione culibet privilegio, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque; ex eo factum esse, ut non amplius Episcopis facultas sit concedendi usum Oratoriorum privatorum in domibus Laicorum, causa in iisdem Missam celebrandi; cum licentia, quæ ab ipsis da- retur celebrandi Missam in Oratoriis privatis, neu- tiquam stare possit cum præcepto a Concilio eis- dem ipsis imposito, ne id permittere debeant; ac proinde prædictum Jus ad Sanctam Sedem devolu- tum fuisse, quoniam circumstantiæ temporum, & Oratoriorum privatorum in Laicorum domibus di- latatio minime permittebant, ut eadem profusa a- bolerentur. Atque hujusmodi semper fuit Concilia- ris Textus intelligentia, quam tradidit Congregatio Concilii, privataque ejusdem interpres; quæque etiam a fel. record. Prædecessore nostro Paulo Pa- pa V. in Epistola Encyclica anno 1515. ad omnes Episcopos expedita, approbata fuit; quæ quidem Epistola tum apud varios Auctores, tum etiam in citato Tractatu nostro de Sacrificio Missæ sess. 2. §. 42. impressa reperitur. Et in ea quidem alia quæcumque Verborum Concilii intelligentia repro- batur, multaque de irreverentia erga Missæ Sacri- ficium dicuntur, cui nimia Episcoporum facultas in concedenda licentia sine ulla limitatione, aut cautela, non parum fomenti præbatur. Denique in eadem ita concluditur: Facultatem hujusmodi li- centias dandi, ipsius Concilii Decreto, unicuique ademp- tum esse, solumque Beatissimo Romano Pontifici esse re- servatam.

§. 12. Postquam Jus concedendi Oratoria in priva- tis Laicorum domibus Sedi Apostolicæ reservatum fuit, dici vix potest quantum curæ, ac diligentie præstitæ fuerint, ac diligentia qua in Archivo Congregationis Concilii, cuius auctoritate, olim Secretarii muneris Nos ipsi, antequam ad majori- res Dignitates aufereremus, plures per annos gestis- simus, authentica documenta reperiuntur. Hæc tan- dem pro lege statuta fuerunt, quemadmodum ex for- mulis Litterarum in forma Brevis, quæ concedun- tur, colligere licet: Oratorium scilicet parietibus, colligere licet: Oratorium scilicet parietibus, colligere licet: Oratorium scilicet parietibus, colligere licet.

Ad coram erectionem, & usum E- piscoporum licentia ten- per requiritur

Sed hæc fi- cultas a Con- cilio Triden- tino Episcopi- sia adempta est, idcirco ad solum Romanum pontificem devoluta.

Providæ La- ges a S. Sede præstitæ pro Orato- riis privatis, cuius auctoritate, olim Secretarii muneris

per quos ab omnibus aliis domesticis usibus segregetur, extructum esse debere; idem prius vel ab Episcopo, vel ab alio, cui ipse vices suas delegaverit, visitandum esse, inspiciendi gratia, num deens, & apte compositum sit, & num aliquid eorum, quae necessaria sunt, in eodem desit; ut Episcopus sit, qui celebrandi Missam licentiam impertiatur, & quod licentiam huiusmodi secundum rationabile illius arbitrium perdat; nec plures in die, sed unica tantum Missa in Oratorio celebratur; & quod haec Missa celebratur a Sacerdote vel Seculari, vel Regulari, dummodo Secularis ab Episcopo approbatus sit, Regularis autem licentiam habeat a suo Regulari Superiore, ne Missa celebrari possit diebus solemnibus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri JESU CHRISTI, & aliis solemniore diebus, quos inter etiam enumerantur dies Epiphaniae, & Ascensionis Domini, Annuntiationis, & Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Omnium Sanctorum, necnon Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Titularis Ecclesiae Loci; Exprimuntur personae, quarum praesentia necessaria est, ut in privato Oratorio Missa celebrari possit; aliae item, quae, dum supradictis praesentibus Missa celebratur, eidem interesse possunt, & Ecclesiastico praeparato satisfaciunt; denique declaratur, omnia sine Parochialium iurium praedictorum fieri debere.

§. 13. Atque haec sunt, quae in consuetis privatorum Oratoriorum Brevibus continentur. Quaedam vero alia expediendi contingit Brevia, quae extraordinaria sunt; ut quum exempli gratia, iustis cuipiam de causis concessio fit, ut secundum Missam celebrari facere possit, vel, ut eadem aliquando citius, aut aliquanto serius eo temporis limite, seu termino celebratur, qui in Rubricis praefixus est; vel etiam in diebus exceptis; & alia huiusmodi. Cum autem interdum tam circa Brevia privatorum Oratoriorum prioris speciei, quam circa alia, ac generatim super omnibus controversiae exortae sint; Apostolica Sedes pro huiusmodi occasione opportunis rationibus super hoc providere non praetermissit.

§. 14. In ordinatis Brevibus, ut plurimum duobus Coniugibus licentia conceditur faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebratur; exprimiturque, ut Missa celebrari possit tum sisdem praesentibus, tum eorum filius, consanguineis, atque affinis, qui una cum ipsi in eadem domo habitationem habent. Nunquam exorta difficultas est, an, cum aut Vir, aut Uxor Missae interfuit, si consanguinei, & affines, qui in eadem domo habitant, praesentes pariter adsint, Ecclesiastico praeparato diebus Festis satisfaciunt; id tanquam tutum, ac Brevis litterae coherens habitum est. Summa autem difficultas eo semper rediit, ut dispiceretur: num, cum neuter Coniugum adsit, sed unus ex consanguineis, aut affinis in eadem domo habitantibus, possit eo iubente in privato Oratorio Missa celebrari; & num alii, qui in domo illa habitant, consanguinei, & affines, eandem audientes Festo die, Ecclesiastico praeparato audiendi Missam satisficiant. In hoc autem divise de more Auctorum opinioniones erant; verum cum huiusmodi difficultatis punctum in Congregatione Concilii die 3. Decembris 1740. in causa, cuius inscriptio erat *Marseseu Oratorii*, propositum, ac discussum esset; decidum fuit, non posse in privato Oratorio Missam celebrari, nisi Indultorium praesentia ibidem haberetur; quod idem est ac si dicitur, Viri, vel Uxor, ad quos Breve directum erat; quemadmodum in tom. 9. Resolutionum Concilii anni 1740. ad pag. 89. & seq. videre est.

§. 15. Cum autem Decreti huiusmodi facta Nobis relatio esset, idem per Nos *sub die 7. Jan. 1741.* confirmatum fuit; ac praeterea demandatum, ut in huiusmodi Brevibus, in quibus certis quibusdam, ac determinatis personis concessio fit, ut unam in privato Oratorio Missam celebrari facere possint, quae Missa pro filiis, consanguineis, & affinis valeat, majoris claritatis gratia, subiecta clausula adiungatur: *Voluntas autem, quod nati, ac consanguinei, & affines praedicti unam dicitur Missam, nobis quidem praesentibus, audire tantummodo, nunquam vero celebrari facere audeant.* Ut autem quae Indultoriae personae sint, facile agnosci possent,

sine quarum praesentia Missa celebrari non potest, neque, qui eandem audit, praeparato satisfaciunt; adiungimus, ut pro Indultoriae personis illae haberentur, quae, in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatae forent, sicut Litterae Apostolicae. Nisi aliter in corpore Brevis disponitur fuerit.

§. 16. Nos ab huiusmodi noxia minime recedimus: verum quia aliqua interdum in corpore Brevis persona nominatur, quae praesente, conceditur, ut Missa celebrari possit & quod alii affines, consanguinei, vel familiares eandem audientes, praeparato satisfaciunt, etiam praedicta persona in Fronte Brevis minime nominatur, hinc est, quod, firma semper ea regula manente, ut possit in privato Oratorio Missa celebrari, dum aliqua ex Indultoriae personis adsit, quae in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatur; dicimus, posse Missam celebrari, etiam si nulla earum personarum praesentium adfit, quae in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatur, dummodo illa praesentia sit, cui in Brevis corpore nominatum & expresse facultas tribuitur, ut possit in privato Oratorio tum cum ipsa adsit, facere ut Missa celebratur.

§. 17. Atque ut res exemplo magis pateat: Datur Viro & Uxori facultas faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebratur, atque ad hos Breve dirigitur. Hic autem Vir superstitem habet Matrem; & haec vero in Fronte, seu Inscriptione Brevis minime nominatur; verum cum in Brevis corpore dicitur, quod ipsa quocumque Mater eandem Missam celebrari facere possit, & valeat; id sufficiens est, ut sola Matris praesentia adhibita, Missa in Oratorio celebrari possit, etiam si Mater in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominata non sit. Quae haecenus dicta sunt; in huiusmodi generis Brevibus indicantur; verum curae Nobis erit, ut in posterum feliciter etiam, & sine ulla confusione exprimentur.

§. 18. In consuetis sive ordinatis Brevibus, solemnes, quemadmodum dictum est, dies excipiuntur, quos inter Natalis Christi Domini dies recentior, in quo tres a quolibet Sacerdote Missae celebrantur. Interdum illi, qui privati Oratorii Breve habet, extraordinarium Breve conceditur, in quo eidem, valentissimam causa, Missam domi audire diebus etiam exceptis permittitur. Cum autem in huiusmodi Brevibus de unica tantum Missa sermo sit; orta difficultas fuit: num possent die Natalis a Sacerdote, qui in ipso celebrabat, tres Missae celebrari, de quo cum Nos eo tempore, quo Concilium ejusdem a Secretis eramus specularem Dissertationem conscripsissemus, atque in lucem edidissimus, *sub die 13. Januarii anni 1725.* resolutionum a Congregatione fuit, quod a Sacerdote tres Missae celebrari possent, quemadmodum tom. 3. Thesauri Resolutionum pag. 109. & seq., & pag. 116. videre est.

§. 19. Reliquum est, ut de Sacris Functionibus dicatur, quae in Oratoriis fieri possunt, quae in domibus privatorum sunt, & in quibus non plures, quam unicam tantum Missam celebrari permittuntur, nisi cum forte cuipiam ex speciali gratia concessa facultas esset faciendi, ut secunda celebratur. Quod ad Baptismatis Sacramentum attinet, jam in Vienensi Concilio sub Regum, ac Pontifice Clemente V. decretum fuit, ne Baptismus in aliis locis conferri possent, praeterquam in Ecclesiis, in quibus Sacri huius Lavaci Pontes reperiantur, nisi cum casus necessitatis adesset, aut cum de Regum, vel Principum filiis ageretur; quemadmodum in Clementina unica de *Baptismo*, & *ejus officio*, videre est.

§. 20. Quod autem Sacramentum Penitentiae respicit, jam in Rituali Romano sub Titulo de *Sacramento Penitentiae*, cum de Sacerdote sermo fit, qui Confessiones audit, statutum fuit: *In Ecclesia, non autem in privatis aedibus, confessionem audiat, nisi ob necessitatis causa rationabili, quae cum incidit, fluideat tamen id decenti, ac patienti loco praestare.* Rituale a Pontifice Paulo V. confirmatum fuit. Et magnus Ecclesiasticae disciplinae Instaurator Sanctus Carolus Borromeus tum in *Instructione Sacramenti Penitentiae*, tum in *Monitis ad Confessarios*, atque in primo suo Provinciali Mediolanensi Concilio, id invulgaritate non praetermissit, quemadmodum in *Adis Ecclesiae Mediolanensis, editionis Civitatis ejusdem part. 1. pag. 11. part. 4. pag. 520. eadem part. 4.*

PONT. A. XI. pag. 761, & pag. 773. videre est; pag. autem 775. Superioribus Regularium inculcat, ut id a Subditis eorum exacte adimplendum erent. Cum autem a praedictis Confessariis Regularibus prolata in medium facultas esset audiendi ubique Confessiones Fidelium, quam sibi ea ratione asserbant, quod in Pontificis Clementis X. Bulla: *Suprema* nulla loci limitatio fieret; idem ipse Pontifex declaravit, nullam facultatem (in praedicta Constitutione sua) fuisse tributam Regularibus audiendi Confessiones Sacramentales in privatis domibus, ac proinde minime licere eisdem Regularibus *ejusmodi Ordinis &c. Sacramentum Penitentiae administrare in domibus privatis extra casum a Jure permisso.* Quod decretum cum Praefatis Fagnani subscriptione editum, variis in locum impressum est; ut in Appendice ad Synodum Fulgentensem, quae a bon. mem. Josaphat Baptistelli Civitatis ejusdem Episcopo anno 1722. celebrata fuit.

§. 27. Quod pertinet ad Communionem Paschalem, quae ab unoquoque Catholico Paschatis tempore recipienda est, ex praeparato tum Decreti Concilii Lateranensis in *cap. Omnium aetatisque sexus, de penitentibus*, & *remissionibus*, tum Concilii Tridentini sess. 13. cap. 10., can. 10., nemo est, qui ignoret, praeparatum hoc in propria Parochiali Ecclesia adimplendum esse, aut in alia Ecclesia cum proprii Episcopi, vel Parochi licentia, secundum varias Dioecesum consuetudines. Porro fel. record. Praedecessor Noster Paulus Papa IV. Fratribus Minoribus privilegium concessit, ut Sacram Eucharistiam omnibus Christianis Fidelibus in eorum Ecclesiis distribuere possent, excepta tamen die Paschatis Resurrectionis; atque hoc privilegium a sanctae memoriae altero Praedecessore Pio Papa V. per *communio*, & *manitionem*, ut dicitur, ad omnes Regulares extensum fuit.

§. 22. Verum quia, secundum praecedentem Eugenii IV. Constitutionem, Paschale tempus, intra quod Communionis praeparatum adimplendum est, a Dominica Palmarum initium habet, ac Dominica in Albis terminatur; cum exortum dubium fuisset, num licitum Regularibus foret intra praeparatum eorumdem dierum terminum Sacram Eucharistiam Fidelibus in eorum Ecclesiis distribuere; resolutum fuit: die Paschatis nemini distribuendum esse, ne illis quidem, qui intra Sanctorem Hebdomadam Paschali praeparato in propria Parochiali Ecclesia satisfecerint; posse quidem Regulares aliis Paschalis temporis dictis Fideles in eorum Ecclesiis Sacra Eucharistia reficere; hac tamen conditione, ut Communionis refecti scirent; non ideo se a praeparato illo exemptos esse, ut Paschalem in propria Parochiali Ecclesia Communionem recipere deberent. Illustria Congregationis Concilii Decreta sunt quibuscumque in Causis, Senonensi videlicet, Burdegalensi, & Mechliniensi, quae a Nobis in Nostro de *Synodo Dioeclesana Tractatu lib. 7. cap. 42. n. 7.* relata sunt.

§. 23. Extra Paschalem vero Communionem, cum in Oratorio in Sacro Tridentino Concilio sess. 22. cap. 6. de *Sacramenti Missae*, quae subijcimus verba legantur: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quod ad eos Sanctissimi huius Sacrificii fructu uberior perveniret, non defuit qui ex istis verbis deduceret, quod certe & clare inde consequatur, ut in privatis Oratoriis, quando in ipsis celebrandi Missam facultas est, distribuere Eucharistia possit iis, qui Missae praesentes adsint; neque ad hoc praestandum ullo particulari Indulto opus sit. Super huiusmodi quaestionis capite Nos in *nostra Insinu. 34. §. 3.* differimus, inter eas, quas tum, cum Bononiae sederemus, Ecclesiae illius Archiepiscopatum gerentes, publicavimus, quas quidem institutiones cum Italico Sermonem edidissimus, postea Roma late reddidit, atque impressae sunt. Ibi autem expostum paulo ante opinionem retulimus; verum aliam esse subijcimus, quae Episcopi licentiam requirit, ut qui domesticum Oratorium domi habet, dum Missae in eodem interest, communicare possit. Huiusmodi opinio tum bono rerum ordini, tum Romanae etiam consuetudini, sive praxi, cohaerens Nobis visa est; ac proinde ordinavimus,*

ne in privato Oratorio recipi Communionem possent ab iis, qui in eodem Missae interfuit; quam vel Secularis Sacerdos, vel Sacerdos Regularis celebraret, nisi vel nosram, vel Generalis Vicarii nostri licentiam obtinuisset.

§. 24. Neque etiam in praesens voluntas Nobis, aut Aedus difficultas est, cur ab hoc Systemate recedamus. Siquidem cum Nos in magna illa controversia, super Communionem illis distribuenda, qui Missae praesentes cum sint eandem petunt, quae aliquot ab hinc annis in Italia exorta fuit, postquam Tridentini Concilii verba retulissimus, atque eorum zelum commendavimus, qui ter Sanctae Missae celebrationem Communionem recipiunt; Ecclesiasticos quoque Pastores excitavissimus, ne Eucharistico cibo illos fraudarent, qui ejusdem famelicis forent; cum, inquam, animadvertissemus, ejusmodi circumstantias dari posse, in quibus vel temporis, vel loci ratione, Episcoporum prudentia opportunum factum existimavimus, Sacram Eucharistiam etiam illis, qui Missae interfuit, minime distribuendum esse, quod, juxta praesentis temporis disciplinam, libera eadem facultas pateat, ut eandem alio loco, atque alio tempore recipere possit; ordinavimus, ut in hoc debita proprii Superioris praeparato obedientia praestari deberet; cui qui morem genere recusat, nimis manifestum indicium praebisset, quam parum animo dispositus ac paratus esset ad Altaris Sacramentum recipiendum; quemadmodum in Litteris nostris, quarum initium est: *Ceteros effecti*, & quae in Bullario nostro tom. 1. n. 64. leguntur, videre est.

§. 25. Atque haec sunt, Venerabiles Fratres, quae cumque in Encyclica hac Epistola nostra Vobis exponebimus oportunitate existimavimus, a quo quidem sacrosanctis intelligendis & considerandis Apostolicis Litteris concessionum Oratorii, Decefforum nostrorum Decretis; harum Congregationum Resolutionibus, quae a Nobis, etiam in praesentia confirmatae sunt, nullus amplius litibus, & controversiis locus reliquus sit. Verum quia Vos illas fortasse Nobis respondentis arbitramur, optime quidem haec omnia habere, verum eo difficultatem redire, quod quaeque decreta atque ordinata sunt, minime observantur; ne grave vobis sit, hoc per Nos reponi, quod si inobstantia ex neglecta Brevis lectione, & consideratione, aut ex ignoratione Decretorum, & Pontificiarum resolutionum, originem habet, Nos quidem in hoc nunquam culpandi erimus; idque nunc maxime, postquam, ingravescente licet aetate nostra, & multis ac difficillimis curis assidue Nos praesentibus: in Encyclicam hanc Epistolam nosram, quodvis hac super re scire opus erat; inferere non detrectavimus.

§. 26. Quod si Vos etiam id praestare curabitis, ut in Dioecesanis Synodis vestris, in vestris item Edictis, quae a Vobis pro bono Dioecesis vestrae regimine publicantur, Pontificiorum Decretorum, ac Resolutionum dogmata indicatarum observantiam inculcatis; duplex inde bonum exorbitabit, ut & vivam in Vobismetipsis eorumdem memoriam tenetis, atque ab aliis aut ignorantiam expellatis, aut eandem, utpote crassam deinceps atque lupinam, inexculpabilem reddatis. Hanc agendi rationem ac normam tenuerunt, atque in praesentia tenent nostrae Italiae Episcopi, qui aut Pontificiorum Decretorum, quae super privatis Oratoriis condita sunt, Summam in Synodis suis inferuerunt, aut in Appendice ad ipsas Synodos eadem Decreta per extensum adjunxerunt, quemadmodum in Synodo anno 1724. a bon. mem. Cardinali de Via Arimini habita; in altera anno 1726. celebrata a bon. mem. Cardinali Pignatelli Archiepiscopo Neapolitano, atque etiam in ea, quae anno 1736. habita fuit a Vener. Fratre nostro Annibale Cardinale Albano, Sabinensi tunc temporis Episcopo, atque in aliis multis, videre est.

§. 27. Non ex eorum numero Nos sumus, qui Indultoriae persuasum sit, omnia in nostra tempora inconvenientia incidere, atque ea praesentibus, diebus contingere scandalo, quae nunquam praeteritis temporibus evenierint. Satis superque pro certo habemus, ea quae hodie sunt, alio tempore accidisse. Ac ne a proposita re longius recedamus, illud dicemus, quod si hodie sacrae leges ad privata Oratoria pertinentes a Sacerdotibus violantur, propter praedictum,

Ampliores concessiones, quod eorumque, & horum, quibus celebrari videntur.

Ad regulares quaeque res decretum edita.

In Indultoriae praeparata requiritur, ut celebratio Missae in Oratorio priv.

Indultoriae distinctio, & eorumdem filius, quibus huiusmodi concessio fit, ut Missam ibi audiendo satisfaciunt Praeparato.

Indultoriae concessio.

Exemplum ejus rei adfertur.

Si permissum celebratio Missae excipit solemnes dies in diebus Dominici celebrari soleant.

Baptismus, etiam eadem necessitatis, ministrari in Oratorio, praeparato quam filius principum.

4. Nec foret penitentia, extra casum a Jure permissum, non ob necessitatis causa rationabili, quae cum incidit, fluideat tamen id decenti, ac patienti loco praestare.

ANNO. 1751.

Primum Decretum expositum auctorem ignorantiam de mediocritate.

Eadem in Dioecesanis Synodis & Episcoporum Edictis publicat.

Indultoriae etiam de monstranda, eorum interminatione, sive ditionis Privilegi.



ANNO 1751. prope jam in eo sint; ut ab eorum Parochis defertantur. Ad hæc omnem utiliorum mercium negotia-

Ac etiam durioris im- perii & justitiam imponunt, quibus ad verbera quoque, & plagas in corpore ferendas coguntur.

Item Christianorum emulatio uis conspicua- tur.

Judei persecuti sunt, ac cruciandis, neque co- celo legum placidum bene-

PONT. A. XI. ferat velamen de cordibus eorum, ut ad lumen veritatis a suis tenebris eruantur.

§. 5. Contra Radulphum item Petrus Culniacensis Abbas ad Ludovicum Francorum Regem dum scriptis, eandem quidem hortatur est, ne Judæorum excidium fieri permitteret; verum eodem tempore ipsum excitavit, ut pro exercitiis eorum in illos animadverteret, eosque bonis iis expoliaret.

Ne frandi- bus, aut u- furis fideles opprimant.

Ne Officia publica cum imperio in Christianis exercent.

§. 6. Si autem queratur quænam res illæ sint, quæ Judæis intra easdem Urbes, in quibus Christiani habitant, degentibus ab Apostolica Sede interduntur; ea ipsa omnia omnino esse dicemus, quæ hodie in Polonia Regno agendi facultas eisdem permittitur, & quæ superius a Nobis exposita sunt.

Ac etiam in Decretis Synodalibus Ecclesiæ Polonice.

Hotum ob- servantiam Episcopi execu-

PONT. A. XI.

Indicantur Justitiam, quibus coe- ceterum toler- antia.

Ne frandi- bus, aut u- furis fideles opprimant.

Ne Christi- anus in famu- lato habeat.

Ne Officia publica cum imperio in Christianis exercent.

Utque omnia statuta obser- vent etica ipsos edita.

Hæc profert in Jure Canonico, & in Pontifi- con Constitutio- nibus.

Ac etiam in Decretis Synodalibus Ecclesiæ Polonice.

Hotum ob- servantiam Episcopi execu-

ANNO 1751.

PONT. A. XI. executio negligitur. Vobis itaque, Venerabiles Fratres, onus incumbit, ut eadem renovetis.

Contraventiones hæc re, argore casus atrocitatis & re- servationis subici possunt.

Apolliticæ auctoritatis prædicta promittuntur etiam contra excep- tos.

Cum in vocacione auxilii Secu- laris Proce- ditis.

Dat. die 14 Junii 1751.

AQUILENSIS Patriarchatus & Sedis perpetua suppressio & extinc- tio; neque Erectio duorum Archiepiscopatum, Urinensium & Goritensium, cum aliis opportunis dis- positionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

Pontifex ex pastoralis fo- licitudo officio A- quilejensis Ecclesie sta- tum compo- nec cupit.

gravissimum Aquilejensis Patriarchatus negotium a Præ- decessoribus nostris Romanis Pontificibus jam pridem susceptum, & a pluribus eorum diu multumque agita- tum prosequeremur, nil aliud Nobis in nostræ tra- ctationis initio, progressu, sineque proponentes, quam id, quod isdem quoque Prædecessoribus nostris propositum semper fuisse non dubitamus; ut scilicet Aquilejensis Ecclesie status ita disponeretur, prout optimo regimini animarum eidem subjectarum, & libero spiritualis gu- bernii exercitio magis congruere, & opportunum fore dignosceretur.

§. 1. Hunc unice scopum præ oculis habentes, su- perioribus annis certam quamdam Ecclesiastici regiminis formam in ulteriori Aquilejensis Diocesis parte interea observandam statuimus; sperantes gradum hinc factum iri, ad firmum, stabilemque rerum ordinem, per quem vigentes perturbaciones perpetuo tollerentur, ibidem feliciter constituendum; quemadmodum col- ligere licet ex nostris Litteris Apostolicis incipientibus: Omnium Ecclesiarum, quas die xxix. Novembris anni MDCCXXIX., & ex iis, quarum initium est: Postquam per alias, quasque die xxvii. Junii anni MDCCCL. in forma brevis edidimus; quibus nimirum, temporaneum urgentibus necessitatibus remedium ap- tantes, decrevimus, illud tandiu duraturum fore, do- nec aliqua ratio communi Partium consensu, nostraque, aut Successorum nostrorum approbatione, iniri valeat, per quam animarum Fidelium necessitatibus con- suleretur.

§. 2. Verum scientes, omne datum optimum, & omne donum perfectum ab Omnipotente Deo peten- dum, & expectandum esse, nunquam omisimus in toto gravissimæ causæ decursu, Divinam Majestatem, interpositis etiam aliorum orationibus, enixe exora- re, ut inter perturbationum procellas, & multiplicitum difficultatum scopulos, trepidantem consilii nostri na- vim in portum Nobis optatum, ad afferendam nimirum animabus Christi Sanguine redemptis necessaria salutis æternæ subsidia, affante Spiritus sui aura, deducere dignaretur.

§. 3. Invocantes Nos exaudivit misericors Dominus, dumque maximam tribulationum, & amaritudinum fluctibus jactaremur, misit ex alto adiutorium suum, factaque tranquillitate, Nos ubert consolationum suarum dulcedine recreavit. Ipse etenim, in cuius manu sunt Regum corda, uno eodemque tempore Christianæ Bohemiz Reginz Illustris in Romanorum Imperatrici- bohemiz Electæ animum inclinavit, ut de proponendo sta- bili remedio pro Aquilejensibus rebus perpetuo compo- nendis cogitaret; simulque effecit, ut Dilecti Filii No- biles Viri Dux & Republica Venetiarum concordi studio id ipsum optarent. Cujus rei indubium testi- monium Nobis præbuerunt Epistolæ ad Nos scrip- ptæ tum a prædicta Maria Theresia Regina in Im- peratricem Electa sub die xvii. Martii currentis an- ni MDCCCL., quas Nobis exhibuit Dilectus Filius noster Marius hujus S. R. E. Presbyter Cardinalis Mil- linus nuncupatus, tum a præfato Venetiarum Duce sub die xxxi. ejusdem mensis, & anni, quas dilec- tus quoque Filius noster Carolus ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Rezzoniconus etiam nuncupatus No- bis exhibuit.

§. 4. Qui sane Marius, & Carolus Cardinales die vi. Aprilis ad audientiam nostram una simul se confe- rentes, memoratis respective Litteris Nobis redditis, non solum flagrantia utriusque Partis desideria, ut hu- jusmodi perpetuo ac stabili remedio Aquilejensium Patri- archatus negotium terminaretur, unanimiti Nobis voce representarunt; sed etiam singillatim ea Nobis exposue- runt, de quibus Partes ipse olim dissentientes, nostris invitationibus, & hortationibus obsecundantes, dili- gentibus tractatibus & colloquiis habitis, convenerunt; cujus Conventionis exempla in scriptis redacta Nobis relinquentes, earundem Partium nomine Nobis humiliter supplicarunt, ut illi, pro rerum conventionum subsistentia & observantia, approbationis nostræ robor adji- cere, neque non earundem rerum executione, Apo- stolicæ auctoritatis nostre plenitudinem interponere dignamur. Articuli autem conventionis inter prædictas Partes inite, qui earundem mandato subscripti, & res- pective ab ipsis approbati, & ratificati fuerunt, sunt tenoris sequentis videlicet.

ANNO 1751.

Tempera- menta capta pro meliori Animarum regimine. donec de fir- mo remedio Pater Patris conveniret.

Supplicati principes concordis sta- dio inter se conveniunt.

Conventio- nis approba- tionem & rerum con- ventionum executionem executionem requirent.

ANNO 1751.

Articuli Conventio- nis.

§. 5. Cum Sacra Cesarea Regiaque Hungarie Bo- hemiaque Majestas Serenissimam Venetiam Republicam...

Quem in finem, ad opus tam salutare tractandum ac peragendum, Sacra Cesarea Regiaque Hungarie & Bo- hemie Majestas...

Serenissima vero Veneta Respublica suam in Aula Ca- sarea commorantem Oratorem Ordinarium Illustrissimum...

ART. I. Sacra Cesarea Regiaque Majestatum Sancti- tati Suae, tam Serenissime Venete Republice, optione...

ART. II. Ne dubium ullum superesse queat, quid sub- enimoda Aquilejensis Patriarchatus abolitione, juxta...

ART. III. Sacra Cesarea Regiaque Majestas con- sentit, ut Eminentissimus Dominus Cardinalis Desh- nus...

ART. IV. Mortuo autem eodem, Nomen quoque & Ti- tulus Patriarche...

ART. V. Sacra Cesarea Regiaque Majestas pro se suisque Hereditibus & Successoribus, & Serenissima Ve- neta Respublica...

ART. VI. Sacra Cesarea Regiaque Majestas pro se, suisque Hereditibus & Successoribus, quo fieri po- test...

prætextu, aut ex causa eorum, que circa Aquilejen- sem Patriarchatum ventilata bucusque fuerunt, vel unicam terræ partem de territorio, quod Serenissima Venete Republice subest...

ART. VII. Pro tollenda omni dissidiorum ansa, reddi- tus, qui ad Aquilejensem Ecclesiam hæcenus spectarunt, ita separantur, ut qui ex terris Austriacis proveniunt, constituendo ibidem novo Episcopo, aut Archiepiscopo...

ART. VIII. Siquæ hinc inde, durante controversia, speciatim ex Aquilejensi Ecclesia oblata fuerint, bona fide quantocumque restituantur, & super iis ad sensum præcedentis Articuli ex æquo & bono omnia termi- nentur.

ART. IX. Ad normam presentis conventionis, tam ex parte Sacra Cesarea Regiaque Majestatis, quam ex parte Serenissime Venete Republice, apud Sanctita- tem suam usitato & decente modo instabitur, ut quemadmodum Eadem pronam se jam in antecessum, & propensam declaravit, erectioni duorum Episcopatus, seu Archiepiscopatus...

§. 6. Sane, si ex communi plausu, quo hujus con- ventionis inter prælatos Supremos Dominantes felici- ter inite, necnon singulorum Capitum in ipsa Con- ventione contentorum notitia, tam circa, quam ultra Montes, a Viris cordatis, & publice tranquillitatis, restitque rerum O. d. in amatoibus excepta fuit, de illa & illis judicandum simpliciter Nobis fuisse putavimus; nil ultra laboris aut diligentie Nobis, aut illis, quorum consiliis utimur, in eorumdem examine adhi- bendam fuisse.

§. 7. Sed quoniam nihil omittendum Nobis, esse judicavimus, quod ad approbationem nostram con- sideratus, atque consultus interponendam conducere valeret; quam ad memoriam nostram revocaverimus tam ea, que in Ecclesiasticis Annalibus habentur circa Patriarchatus Aquilejensis exordia, gravissimasque perturbationes, quibus Ecclesia Dei propterea vexata fuit; quam que in historiis secularibus relata sunt, de multiplicibus dissensionibus, crementisque bellis, que inter Christianos Principes, eisdem Patriarchatus occasione, frequenter aserunt; cuiusmodi periculis ven- dendum erat, ne eorumdem Christianissimum Principum pax & concordia, donec Patriarchatus ipse subsiste- ret, perpetuo exposita remaneret, ipsius quoque Civi- tatis Aquilejensis præsentem statum præ oculis habentes, & miseram conditionem, ad quam a tanto jam tempore redacta esse dignoscitur, ut in univocum Pa- triarchatum serie nullus invenitur, qui in ipsa refer- derit; nec ullum in posterum in ea mansurum fore credendum esset. Considerantes præterea, quibus cau- telis plurimum seculorum spatio ab Apostolica Sede pro- cedi opus fuerit in ejusdem Patriarchatus collatione & provisione, ad evitandas offensiones, ac dissensionem, bellorumque tumultus, qui inter Supremos Principes ea occasione accendi possent: Itaque jam dudum Pasto- ralem sollicitudinem nostram magis angebat, perpensis spiritualibus necessitatibus tot millium animarum, amplissimam partem Aquilejensis Diocesis ultranodum ex- tensæ incolentium, & a Veneto Domino distitarum, quarum regimen jam dudum, ob intricabiles rerum secularium difficultates, haud feliciter procedebat: Qua de re quum plures recursum a Patriarchis pro tempore ad hæc Apostolicam Sedem facti fuerint, dum statum Ecclesie suæ eidem Apostolicæ Sedi statuti temporibus de more referrent; cumque piorum atque pruden- tum Virorum, gravissimas diditarum animarum calamitates deplorantium, relationes & querelæ, tum ad

PONT. A. XII.

Conventio- ni pluri ex- plicit.

Illiusque executionem compleret & graviter ca- teri iudicet.

PONT. A. XI.

Itaque Pontifex cam laudat & approbat, ac locandam illam statu- te decernit.

Aquilejen- sem Patriar- chatum, & Sedem, Ca- pitulum &c. suppremit & extinguit.

Utinensem Archiepiscopatum erigit eisque Dio- cesim, & suffraganeos assignat.

Prædecessores nostros Romanos Pontifices, tum ad Nos ipsos sæpe pervenerint; animo occurrebat, quam frustra iidem Prædecessores nostri Pontificis sollicitudinis officia ad hujusmodi calamitates sublevandas pluries in- terposuerint; quot etiam ad hunc diem inutiliter exco- gitata fuerint remedia, quæ vel optatam executionem, vel speratum fructum nequaquam obtinere, vel plenam recti ordinis reintegrationem producere non poterunt, vel denique temporaneam dumtaxat attulerunt utilita- tem, quam scilicet idem exco gitata fuerint & adhibita, ut viam sterneret ad firmum tandem & stabile reme- dium memoratis deordinationibus perpetuo tollendis invenientium.

§. 8. His omnibus matura consideratione pensatis, iidemque conventionis Capitibus attentè perpensis, im- plorato sæpius Divini Luminis adiutorio, ac requisitis, auditisque super his nonnullorum Venerabilium Fra- trum nostrorum S. R. E. Cardinalium sententiis, de eo- rum consilio & assensu, postulationibus hujusmodi pro parte dictæ Charissimæ in Christo Filie nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ & Bohemiæ Regiæ Illustris, in Romanorum Imperatricem Electæ, necnon Dilectorum Filiorum Nobilium Virorum Ducis & Reipublicæ Venetiarum, Nobis, ut præfertur, exhibitis, in omnibus & per omnia plenissime annuente; non modo præin- ferta omnia & singula Conventionis capita, utpote ad publicum bonum, & felix animarum regimen tenden- tia, præsentium Litterarum tenore laudamus & appro- bamus; verum etiam per easdem præsentis ad ea exe- quenda & statuenda, quæ pertinent ad omnimodam, atque perpetuam suppressionem Patriarchatus Aquile- jensis, necnon ad erectionem duorum Archiepiscopatu- rum æqualibus omnino juribus, præmementis, ac prærogativis prædiorum, relicto, ut infra, Dilecto Fel- lio nostro Danieli S. R. E. Presbytero Cardinali Del- fino nuncupato, dum vixerit, Patriarchæ Titulo, pro- cedere volentes; aliorum vero Capitum inter præfatas partes, ut supra dictum est, conventorum, ac respec- tive a Nobis approbatorum executionem, per alias no- stras Apostolicas Litteras implendam, statuendamque reservantes.

§. 9. De Apostolicæ potestatis nostræ plenitudi- ne, qua Nobis datum est, iustis concurrentibus cau- sis; Ecclesiis Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales erigere, transferre, suppressere, & extingui- tinguere, earumque Dioceses dividere ac separare, prout in Domino expedire noverimus; Motu proprio, & certa scientia, ac præsentium Litterarum tenore, in dicta Aquilejensi Civitate & Ecclesia, Patriarchalem Cathedralam, Dignitatem, & Sedem, Titulum, ac deno- minationem, atque omne Patriarchale, Metropolitanum, & Diocesenum jus eidem Ecclesie ac Sedi hæcenus adnexum, necnon ipsius Ecclesie Capitulum, Dignita- tes, Canonicatus, atque Præbendas; ita ut deinceps Pa- triarchalis, Archiepiscopalis, aut Cathedralis Ecclesia Aquilejensis, illiusque Capitulum minime existat, nec ullus Aquilejensis Patriarcha, Archiepiscopus, aut Epi- scopus, vel illius Ecclesie Dignitas, aut Canonicus de- nominari possit, penitus, omnino, ac perpetuo supp- iminus & extinguiamus.

§. 10. Ut autem animabus Christianidelium in locis hæcenus Aquilejensis Patriarchatus per Nos, ut præfer- tur, suppressi & extincti spirituali jurisdictioni subje- ctis, quæque in temporalibus tam Venetæ Reipublicæ, quam Austriacæ Familiæ supremo parent dominio, de- gentium, Ecclesiasticæ regimini subditi non desint; si- militi motu, scientia, & potestatis, plenitudine, per eas- dem præfatas, ex nunc in Civitate Utinensi unam Archiepiscopalem Cathedralam & Sedem, Archiepiscopatu- um Utinensem nuncupandam, cum omnibus, & sin- gulis juribus, etiam Metropolitanis, cæterisque præmi- nentis & prerogativis, aliis Archiepiscopabilibus Eccle- siis de jure, usu, ac consuetudine competentibus, per- petuo erigimus & constituimus; cui quidem Archie- piscopatui, pro peculiari ejus Diocesi, totum il- lum Regionis tractum, qui temporali Reipublice Venetæ dominio subiectus est, & hæcenus a pro tempore existente Patriarcha Ecclesie Patriarchalis Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressi & extincti, Diocesano jure obtinebatur, & pacifice regeretur, tribuimus & assignamus; necnon in Sui- Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

fraganeos eos omnes, & singulos Episcopos, quorum Cathedrales Ecclesie in præfata Reipublica Venetæ dominio consistunt, quique ad hunc diem eidem Pa- triarchati Aquilejensi per Nos, ut præfertur, sup- presso & extincto subiecti fuerunt, subiectimus at- que supponimus; prout latius, atque distinctius per alias nostras Apostolicas Litteras super erectione hu- jusmodi Utinensis Ecclesie Archiepiscopalis, æquali- bus, ut præfertur, juribus & prerogativis cum in- frascripta Goritienfi Archiepiscopali pariter Ecclesia insigniendæ peculiariter expediendis, statuetur, & explicabitur.

§. 11. Simili quoque modo ex nunc in Civitate Go- ritienfi alteram Archiepiscopalem Cathedralam & Sedem, Archiepiscopatum Goritiensem nuncupandam, cum om- nibus & singulis prædictis juribus, etiam Metropolitanis, cæterisque præmementis & prerogativis, aliis Ar- chepiscopabilibus Ecclesiis de jure, usu, ac consuetudine competentibus, earumdem præsentium tenore, didici- musque motu, scientia, & potestatis plenitudine, per- petuo pariter erigimus & constituimus; cui etiam Ar- chepiscopatu, pro ejus peculiari Diocesi, alteram Pa- triarchalem hæcenus Ecclesie Aquilejensis, per Nos, ut præfertur, suppressi & extinctæ, Diocesis partem, quæ Austriacarum Principum dominio subest, quæque novissimis temporibus per Vicarium Apostolicum Epi- scopali charactere præditam, a Nobis ad tempus, & ad nostrum, ac Sedis Apostolicæ beneplacitum inibi con- stitutum, in spiritualibus gubernata fuit, tribuimus & assignamus; ita ut, statim ac novæ Archiepiscopali Go- ritienfi Ecclesie hujusmodi, Apostolica auctoritate, fu- turus illis Archiepiscopus præficietur, prædicti Apo- stolice Vicarii gubernium, necnon omnes & singule pro- videntie & ordinationes, sive a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive a Nobis ipsis, pro anima- rum regimine in dicta Aquilejensi quondam Diocesi parte Austriacæ Ditioni subiecta, capta, editæ, atque statutæ, exinde in posterum pro sublatis, irritis, abro- gatæque eo ipso habeantur; eidemque Goritienfi Archiepiscopatu in suffraganeos, eos omnes & sin- gulos Episcopos, quorum Ecclesie Cathedrales in temporalis Austriacæ Ditione consistunt, quique ad hunc diem Patriarchali Ecclesia Aquilejensi per Nos, ut præfertur, suppressi & extincti, simi- li jure subiectæ fuerunt, supponimus, atque sub- jectimus; prout etiam in aliis nostris Apostolicis Litteris super erectione hujusmodi Goritienfi Eccle- siæ Archiepiscopalis, æqualibus pariter juribus & præ- rogativis cum supradicta Utinensi Archiepiscopali Ec- clesia insigniendæ, peculiariter expediendis, plenius at- que distinctius statuimus, & explicabimus.

§. 12. Et quoniam illustria Religio, & Pietatis Jus nomi- nandi ad præfatas Ecclesias Austriacis Principibus, & Venetæ Reipublice Imperatricem Electæ, quam prædictorum Ducis & Reipublicæ Venetiarum edita fuerunt, maximum uti- litatis fructum eidem Ecclesie Dei in præfatis attule- runt, atque etiam in posterum allatura fore profici- mus; idcirco Nos, motu, scientia, & potestate pari- bus, ipsarum tenore præsentium, prædictæ Mariæ Theresiæ Regiæ in Imperatricem Electæ, ejusque succes- soribus in perpetuum, ad præfatum Goritiensem Ar- chepiscopatum per Nos, ut præfertur, erectum, tam pro prima hac vice, quam quoties perpetuis futuris temporibus ipsum vacare contigerit, jus nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti Per- sonam idoneam, per Nos, & successores nostros ad eundem Archiepiscopatum Goritiensem pro tempore promovendam, eique præficiendam; necnon prædictis duci & Reipublice Venetiarum, ad alium Utinensem Archiepiscopatum, etiam per Nos, ut præfertur, erectum, quoties per liberam præfati Danielis Cardi- nalis dimissionem, sive per ejus decessum, ac etiam deinceps alio quovis modo, perpetuis futuris tem- poribus vacare contigerit, simile jus nominandi No- bis, & Romano Pontifici pro tempore existenti Personam idoneam, etiam per nos, & Romanos Pon- tifices.

ANNO 1751.

Goritiensem pariter Ar- chepiscopa- tum erigit eisque Dioce- sim & suffraganeos attribuit.

Vicarii Apo- stolice regi- men, aliis- que Provi- dentias post Archiepiscopa- tus provi- sionem cessat- te decernit.

ANNO 1751.

In Civitate Aquilejensi...

In Civitate Aquilejensi...

Yandem Eccliam...

Appellatum dicitur...

tifices successores nostros pro tempore ad eundem Archiepiscopatum Utinensem promovendam, eique practicandam, etiam perpetuo respectivo concedimus, & impertitur, prout per alias quoque Litteras in forma Brevis super utriusque juris nominandi hujusmodi concessione peculiariter respectivo expedienda id ipsum statuemus, ac indulgemus.

§. 13. Praefato autem Dilecto Filio nostro Daniele Presbytero Card. Desino nuncupato, ob personalem ipsius meritorum magnitudinem, ut, non obstante Patriarchatus Aquilejensis suppressione & extinctione, per Nos, ut praefertur, factis, ipse nihilominus, quoad vixerit, absolutum & simplicem Patriarchae titulum & denotationem retinere, & gerere possit & valeat; ita tamen ut ejusdem in dicto Archiepiscopatu Utinensi Successores, non alio, quam Utinensium Archiepiscoporum Titulo denominari possint aut debeant, eorundem praesentium tenore concedimus & indulgemus.

§. 14. Aquilejensis porro Civitatis magnitudine quondam & populi frequentia insignis, quantum ab antiquo splendore prolapsa, quaque ad deteriorem conditionem redacta sit, omnibus notum est atque competentum. Illius autem Incolarum Cura Parochialis inter duas Ecclesias divisa est, ab eisque dependet; quarum una est ipsa, quae hactenus Patriarchalis etiam extitit, Ecclesia, in honorem Beatae Mariae Virginis in Caesum Assumptae, seu forsan Nativitatis ejusdem Beatae Mariae Virginis, Omnipotentis Deo dicata, cujus quidem Animarum Parochianorum cura per ipsius Ecclesiae Sacristam pro tempore existentem exerceri consuevit, altera vero est Parochialis Ecclesia S. Joannis in foro, seu in Platea nuncupata, cujus Rector, seu Presbyter Curatus, a Communitate, & Homines dictae Civitatis, ut accepimus, eligi, nominari, ac Ordinario Locipraesentari solitus, erga Parochianos Ecclesiae hujusmodi jura Parochialia exercet. Quum itaque Civitas Aquilejensis sub temporalis Austriacorum Principum ditione constituta sit; ideoque illius spirituale regimen, juxta praescripta, ad futuram Goritiensem Archiepiscopatum pertinere, idemque futurus Archiepiscopus, Ordinario, & Diocesano jure, suam plenam jurisdictionem in eadem Civitate exercere debeat; Ne quid unquam libero hujusmodi jurisdictionis exercitio officere valeat, Nos in primordialis Ecclesiae, cujus Patriarchalem qualitatem, nec non Cathedralitatem, aliaque praedicta jura jam suppressimus & extinximus, omnem etiam Parochialitatem, illiusque Curam Parochialem, hanc quoque serie suppressimus & extinximus; ac illius sic suppressae & extinctae animarum Parochianorum curam, ad dictam Parochialem Ecclesiam S. Joannis in Foro, seu in Platea nuncupatam transferimus, illique subicimus, & cum omnibus & singulis Parochialibus jurebus respectivo applicamus, appropriamus, & cum ea incorporamus: Ita ut illius Rector, seu Parochus, omnium animarum Christianissimum tam suae hactenus Parochiae, quam etiam alteri in praefata Patriarchali olim Ecclesia ad hunc diem existenti subiectorum, curam & regimen gerat, idemque, unacum omnibus suis Parochianis, hoc est, cum universo Aquilejensis Civitatis populo, praedicti futuri Goritienensis Archiepiscopi Ordinario juri subiectus existat.

§. 15. Cum vero Apostolica haec Sancta Sedes in eadem Ecclesia a cujus signioribus quibusdam Basilicis, libertatis, & exemptionis, ac immediatae eidem Apostolicae Sedi subjectionis privilegia impertiri consueverit; Nos dictam Aquilejensem quondam Patriarchalem Ecclesiam Pontificiae liberalitatis munibus decorare volentes, dictae potestatis plenitudine, eandem a suris, & pro tempore existentis Archiepiscopi Goritienensis, & cujuscumque alterius Archiepiscopi, seu Episcopi jurisdictione, in omnibus, & per omnia per easdem praesentes extinximus & liberamus, ac perpetuis futuris temporibus exemptam, immunem & liberam, Nobisque, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus, & huic Apostolicae Sedi immediate subiectam esse & fore decernimus. Ne autem ob nimiam praesentia distantiam, ipsa Basilica praedicta necessariae assistentiae praesidio careat; Apostolico Delegato in dicta Civitate constituto, cui ab aliquot retro saeculis

Monialium Monasterii Aquilejensis gubernium, apostolica auctoritate, & independenter ab Ordinario jurisdictione commissum dignoscitur, ejusque futuris Successoribus, quos quidem in posterum semper ex personis eorundem Austriacorum principum subditis eligendos fore statuimus, & nostras, & Apostolicae Sedis vires committimus ac demandamus, ut ipse nunc existens Delegatus, ejusque Successores hujusmodi, tanquam Apostolici ad hoc etiam Delegati, nosstroque, & ejusdem Apostolicae Sedis nomine, & auctoritate, cum debita a Nobis, & successoribus nostris dependentia, dictam Aquilejensem Basilicam olim Patriarchalem, ab Archiepiscopi Goritienensis, & alterius cujuscumque Archiepiscopi, sive Episcopi jurisdictione exemptam, Nobisque, & Apostolicae Sedi, ut praefertur, immediate subiectam, studeant salubriter regere, feliciter gubernare, & provide conservare.

§. 16. Praesentes autem Litteras, & in eis contenta, & statuta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo, jus aut interesse habentes, vel habere praetendentes etiam quomodolibet in futurum, cujuscumque status, ordinis, praemiaentiae, & Ecclesiasticae, vel Mundanae Dignitatis sint, etiam specifica & individua mentione & expressione digni, illis non consentient; seu, quod aliqui ex ipsis ad ea minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis auditi fuerint: Aut ex alia qualibet, etiam lesionis, vel alias juridicae & privilegiatae causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso unquam tempore de subieptionis, vel obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, quantumvis magno inexcogitato & substantiali; sive etiam ex eo, quod in praemissis, solemnitatibus, & quaecumque alia forsan servanda & adimplenda, minime servata, & edimpleta, seu causa, propter quas praesentes emanaverint, non satis adductis, verificatis, ac iustificatis fuerint, notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel iustitiae remedium impetrari posse; sed tanquam ex Pontificae providentiae Officio, & Motu proprio, certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine nostris, factas & emanatas, omnimoda firmitate perpetuo validas & efficaces existere & fore, suoque plenarias & integros effectus foris & abstinere, ac per omnes & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; omnibusque etiam & singulis, quorum favorem concernunt, plenissime suffragari; & si locus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & pro- fusum inane esse & fore, pari auctoritate volumus, atque decernimus.

§. 17. Non obstantibus, de jure quaesito non tollendo, de suppressionibus committendis ad Partes, vocatis, quorum interest, alisque nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis; necnon dictae Ecclesiae olim Patriarchalis, per Nos, ut praefertur, suppressae & extinctae, erectione & fundatione: Omnibusque & singulis Apostolicis, ac in Synodalibus quoque, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus: Nec non ejusdem Ecclesiae olim Patriarchalis per Nos, ut praefertur, suppressae & extinctae, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roborata, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus Privilegiis quoque Indultis, Concessionibus, & Donationibus eidem Ecclesiae, ut praefertur, suppressae & extinctae, aut quibuscumque personis, quacumque Ecclesiasticae, aut Mundanae dignitate fulgentibus, quantavis specifica & individua mentione dignis, etiam Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, Imperatorum, Regum, Rerum publicarum, & aliorum Supremorum Principum auctoritate, & liberalitate, seu ad alicujus ex supra expressis instantiam, intuitum, & contemplationem, sub quibuscumque formis, & verborum tenoribus, etiam Motu simili, & de Apostolica potestatis plenitudine, seu Consistorialiter, in contrarium praemissorum concessis, & emanatis, & longissimi.

PONT. A. XI.

Transumptis eidem habet...

Dat. die 6 Julii 1751.

Contrariis quibuscumque derogat.

ANNO 1751.

PONT. A. XI.

Transumptis eidem habet...

Sacris.

Dat. die 6 Julii 1751.

gissimi, ac immemorabilis temporis usu, possessione, seu quasi, exercitis, atque praescriptis; Quibus omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, & individua mentio, seu quaestis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, ad praemissorum omnium & singulorum effectum, latissime & plenissime, ac specialiter & expresse, ex certa scientia, motuque, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus etiam, ut ipsarum praesentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem profus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si ferri exhibebat, vel ostendat.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrae approbationis, suppressionis, extinctionis, duplicis erectionis, constitutionis, concessionis, impertitionis, exemptionis, liberationis, subiectionis, commisionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCCL pridae nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Ego Benedictus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

- Ego Thomas Episcopus Ostiensis Cardinalis Rufus Decanus S. R. E. Vice-Cancellarius.
Ego Amibal Episcopus Tortuven. Card. S. Clementis Albanus.
Ego Petrus Aloysius Episcopus Albanus. Card. Carafa.
Ego Antonius Xaverius Episcopus Praenestinus Card. Gentili.
Ego Raynerius Episcopus Sabino. Card. de Ileo.
Ego Joannes Antonius Episcopus Tusculanus Card. Guadagni.
Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Loreari.
Ego Franciscus Tit. S. Mariae Transiberim Presbyter Card. Burghesius.
Ego Dominicus Tit. SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Riviera.
Ego Pompejus Tit. S. Eusebii Presbyter Card. Aldrovandus.
Ego Joseph Tit. S. Pudencianae Presbyter Card. Spinellus.

- Ego Carolus Tit. S. Mariae in Ara-Caroli Presbyter Card. Rezzonicus.
Ego Dominicus Tit. S. Bernardi ad Thomas Presbyter Card. Passioneus.
Ego Sibrinus Tit. S. Callisti Presbyter Card. Valenti S. R. E. Camerarius.
Ego Carolus Tit. S. Anastasiae Presbyter Card. Saccipantes.
Ego Joachim Tit. S. Ceciliae Presbyter Card. Portocarrero.
Ego Camillus Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter Card. Paulutius.
Ego Carolus Albertus Tit. S. Mariae de Pace Presbyter Card. Cavalchini.
Ego Jacobus Tit. S. Hieronymi Illyriorum Presbyter Card. Oddi.

- Ego Franciscus Tit. S. Mariae de Populo Presbyter Card. Riccius.
Ego Antonius Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.
Ego Philippus Maria Tit. S. Stephani in Monte Caelio Presbyter Car. de Montius.
Ego D. Fortunatus Tit. S. Matthei in Merulana Presbyter Card. Tamburinus.
Ego D. Joachim Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besutius, Major Panitontianus.

- Ego Joannes Baptista Tit. S. Honophrii Presbyter Card. Mesmers.
Ego Marius Tit. S. Marcelli Presbyter Card. Millinus.
Ego Henricus Tit. S. Mariae in Porticus Presbyter Card. Dux Eboracensis.
Ego Alexander S. Mariae in Via-Lata Diaconus Card. Albanus.
Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
Ego Hieronymus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.
Ego Prosper S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna de Sierra.
Ego Alexander S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. Tenarius.
Ego Hieronymus S. Adriani Diaconus Card. Bardi.
Ego Dominicus SS. Petri, & Modesti Diaconus Card. Urbinus.

D. Card. Passioneus. J. Datarius.

VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium. Publicata die 17. ejusdem Mensis, & Anni.

ECCLIESIE PAROCHIALES, LI.

Aliaque Officia ad animarum curam spectantia, in Indis Occidentalibus Hispaniarum Regi subiectis, etiam secularibus Clericis seu Presbyteris confertur posse, conceditur, contrariis non obstantibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

CUM nuper Charissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, per Dilectum Filium nostrum Joachimum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Portocarrero nuncupatum, ad sua, suorumque Regnorum negotia apud